I. si jus mandat. tum n. possesio & superioritas Principi & manuanti reservatur. Arnis. de Jure Majest. cap. 4. II. si leges tulit judicio inferiori, ad quarum normam judicare tenetur Magistratus s. inferius judicium. Non a. appellatione tota hoc ipso se abdicasse, sed ita eam communicasse intelligitur, ut non tantum summâ potestate privatus non censeatur, sed etiam cum iis, quibus tributum hoc jus, sive anticipando, sive concursu & avocatione concurrere, omnemq; Magistratibus attributam Jurisdictionem suo jure eius eripere posse. Johan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8. Id quod patet in Electoribus Saxonie & Brandenburgiae, à quibus, ut olim à sententia nullius Electoris, appellari non licet, sed hi ad leges imperatorias (quæ ex vigore moderno leges imperii vocantur) sunt astriciti, ita quidem, ut nihil contra has statuere queant, secus si fit, datur ab iis provocatio tanquam in puncto denegatae justitiae, de qua expressus textus in Aurea Bulla cap. XI. tit. 2. & 3. sicut etiam reliqui Electores Privilegium hujus Bullæ Carol. IV. tit. 2. contrario usu perdiderunt. Schurff. Consilio 29. cent. 3. n. 1. Thom. Michaël. concl 26. lit. c. Arnis. de jure Majest. lib. 2. cap. 2. n. 2. p. m. 174.

Thef. XXXV.

Datur etiam appellatio à Majestate ad eandem Majestatem in eadem sententia & de ea jam latâ, non eo fine, ut Majestas seipsum corrigat, vel quod adversus hanc, sed relatoris calliditatem provocetur. Quod si v. appellatio vel lege, vel moribus propter excellentiam ejus, qui tulit sententiam, est prohibita, supplicatio tamen permittitur, Menoch. in tract. de arbitr. jud. quest. 70. num. 22. Paurmeist. libr. 2. de Jurisdict. Imp. Rom. cap. 4. num. 160. Secus tamen fit in criminalibus, ubi, quoties corporalis poena infligenda, minimè admittitur appellatio ad executionem impediondam, id quod Carolus V. prohibuit in Comitiis Augustanis Anno 1530. §. Alſjent etliche. Knich. in comment. de Elect. & Duc. Saxonie privileg. de non appellando. cap. 2. Vultej. Jurispr. Roman. libr. 2. cap. 33. Tob. Paurmeist. lib. 2. de Jurisdict. Imper. Roman. cap. 4. n. 155.

Thef. XXXVI.

Datur etiam Jurisdiction absque territorio, utpote Rectorum in Academiis particulariter concessa, & Cameræ Imperialis, Knicher. cap.

re territorii & Regans dignitatis, siquidem territorium est subjectum, quod passim superioritatem recipit, & cuius contemplatione Princeps imperii eandem activè exercet. Knicher. dict. cap. 1. n. 133. Summa v. hæc Jurisdictio sive per viam appellationis, sive supplicationis penes summam Majestatem remanet, Matth. Stephan. 2. de Jurisdict. cap. 1. Schönborn. lib. 5. cap. 13. Libenthal. Colleg. Polit. Exercitat. 8. Quæst. 7.

Thef. XXXVII.

Tertium Jus majus est Jus creandorum Magistratum, quod etiam de reservatis imperatoriis, à quo tanquam fonte omnes dignitatum rivoli promanant. l. 1. pr. ff. ad L. Jul. ambit. l. 57. in fin. de re jud. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 3. Rosenth. de feud. cap. 4. n. 13. Thom. Michaël. de Jurisdict. Imp. Rom. th. 1. lit. c. Non v. est Magistratus, nisi quatenus mediatorum creationem Majestas iis demandat, vel quatenus nominare s. eligere demum confirmandum superior Magistratus potest. Potestatis igitur integræ collatio & confirmatio à sola Majestate dependet. arg. l. unic. ad L. Jul. ambitus. Arnis. de Jur. Majest. lib. 2. cap. 4. Reinkingk. lib. 1. cl. 1. cap. 2. n. 20. cl. 5. cap. 2. num. 38.

Thef. XXXVIII.

Jus Majestatis quartum est jus belli s. movendi arma. arg. l. 1. de constit. princip. l. 2. §. novissimè. D. de orig. Jur. l. hostes. 28. ibi publicè populus Rom. D. de capt. & postl. rev. l. 3. D. ad L. Jul. Majest. ibi qui injussu Principis bella gesserunt. Nam belli suscipiendi autoritas ad effectum supremæ jurisdictionis & summae Majestatis refertur. Reinkingk. lib. 2. claf. 3. cap. 1. n. 11. Waremund. ab Erenb. part. 1. de fæder. cap. 2. num. 28. Albert. Gentil. in lib. de Jure Belli, quæ, cum non, nisi suæ innititur defensioni, sua, se, suamq; Rempublicam autoritate tuerit, privati verò & Principes inferiores, cum jus suum apud superiorem persequi possunt, ad judicium Martis dilabi non debent. Petr. Heig. part. 1. quæst. 12. num. 13. & seqq. Dænæ. Polit. Christ. lib. 7. cap. 3. Zoannet. in tract. de Imp. Rom. n. 120,

Thef. XXXIX.

Hoc ipso v. privatum armorum usum in casu imprimis necessitatis privato non præscindimus, siquidem defensio & moderamen in-

C 2 culpatæ

l. i. cum arietes. II. si qua pauper. III. animalia. Bellum in aliis
ff. de J. & J. n. 15. Civili. l. scient. 45. §. qui cum alter. ff. ad l. A-
qwil. l. 2. & 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. Adeò ut I. ne paritas qui-
dem armorum requiratur, undè alias plurima scaterent absurdia, in-
ter quæ etiam armorum genera non distinguunt, l. 3. l. 4. ad l. Cor-
nel. de Sicar. l. sed et si. 5. ad l. Aqvil. nec II. aggressus fugere co-
gatur, cum majus sæpe periculum in fugâ quam si expectetur aggres-
sor, unde etiam in Constit. Criminali Caroli V. artic. 140. dicitur.:
So einer einen mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überlaufft/
ansicht oder schläget / vnd der bensichtige kan füglich vñne Gefährli-
keit vnd Verlezung seines Leibes / Ehr vnd guten Leimuths nicht ent-
weichen / der mag sein Leib vnd Leben ohne Straffe durch eine rechte
Gegenwehre retten. Nec III. primum ictum expectare tenetur,
sufficit n. si aggressus videat sibi imminere aggressoris ictum, & fer-
rum vel telum stringi, id quod satis vitæ periculum esse probatur. per
l. 16. qui aggressorem. l. 5. qui percussorem. l. sed si quamcunque. ff.
ad l. Aqvil. Quæ legitima defensio adeò liberè permitta est, ut det-
tur etiam filio contra Patrem, cum is in castigando modum exces-
serit, & officium boni patris deposuerit. Mynsing. 5. obs. 18. Servo
contra Dominum. per l. unic. de emendat. servor. l. ind. Neratius. ff.
ad l. Aqvil.

Theſ. XL.

Neve Statibus imperii, si periculum occurrat subitum jus belli-
gerandi adimus, siquidem si Imperatoris copia haberi nequit, res v.
eò sit redacta, ut moram ulteriorem absque imperii incommodo
haud indulgeat, si Imperator quidem præsto, is tamen, qui injuri-
am passus, moratoriæ & delusoria procrastinatione circumducatur,
belli propulsionem justam censem. Frider. Schenck. Baro à Tau-
tenb. ad t. 18. in pr. F. F. 2. Hugo Grot. de Jure Belli & Pacis. libr. 1.
cap. 3. p. 50. Reinkingk. libr. 2. claf. 3. cap. 1. n. 23. Elias Schader. in
delineat. jur. belli. Concl. 2. Statibus n. imperii non nisi injustum
prohibetur bellum. Aur. Bull. tit. 17. §. ult. Receß. Imper. Spirens. de
Anno 1526. §. Zum Andern. & de Anno 1529. §. Wir auch Chur-
Fürsten. Receß. Imper. August. de Anno 1530. §. Wir auch Chur-
Fürsten. §. Und weil wir nun. Receß. Imper. de Anno 1555. §. Und
demnach

Theſ. XLI.

Citra itaque leges civiles omnis Majestas, ſicut ad tuendam plenarem ſibi creditam, ita ad exercendam jurisdictionem, ſi viſ occurrit, juſ habet belli gerendi, imo omnes ad arcendam a ſe injuriam naturaliter juſ riefendī, ſed quia ex bello tota Civitas in periculum venit, ideo ferē omnium populorum legibus cautum eſt, ne bellum gerī poſſit, niſi auctore eo, qui ſumma in Civitate poteſtatem habet, Hugo Grot. de Jure Belli & Pacis. libr. 1. cap. 3. & 4. p. 80. utpote, cum de eo ſemper præsumitur juſta cauſa belli indicendi, & foederis contrahendi. Gail. pe pace publ. cap. 4. Gentilis de jure belli. cap. 3. lib. 1. p. 31. 32. Franciſco Arias de bello. n. 158.

Theſ. XLII.

Connexum eſt cum hoc jure belli juſ pacis fanciendæ, paſtio-nes n. inire, quæ bellum finiant, eorum ſunt, qui ſummi imperii ex-ercendi juſ habent, Hugo Grot. de Jure Belli & Pacis. libr. 3. cap. 28. p. m. 575. Spondere tamen, quod notandum, & Magistratus poſſunt, non, ac ſi poteſtatis plenitudine pacem ferirent, ſed ſpondent eo ipſo, ſe apud Majestatem aſſecuturos, ut pax ſub his conditionibus in-eatur. Pax v. a Magistratu quodam data, niſi ratihabitio Majesta-tis acceſſerit, nulla omnino eſt, subditu n. vel inferiores Magistra-tus non niſi ad nutum Majestatis bellum indicere, foedera cum ho-stibus inire, aut pacem cætrave poſſunt, Henning. Arnif. de Jur. Ma-jest. cap. 5. §. 10. p. 254. cum ea ſola bellandi & pacificandi po-teſta-tem, tum gerendi & finiendi habeat. Warem. ab Erenb. in meditam. pro foed. p. 116. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10.

Theſ. XLIII.

Hæc v. poteſtas fuſcipiendi belli in Imperatore Romano valdè eſt imminuta, abſque communi n. ordinum, aut certè hodiè Elec-to-rum conſenſu bellum Imperator noſter ordiri nequit, nec Dux Im-perii generalis cuiquam bellum movere potheſt: Soll niemand über-ziehen/vnd keinen Krieg vornehmen/ es ſey dann zuvor durch vns/ oder den/ ſo an vnsr ſtatt ſiſen wird/vnd vnsr vnd des Reichs Regen-ten, zu thun beſohlen. Recepſ. Imp. de Anno 1500. Titul. Der Haupt-Mann ſoll ohne Beſehl. Capit. Caroli V. apud Sleidanum lib. 1. hiſt.

Händel. titul. i. Capit. Ferdinandi II. §. Es solten vñ wolten Ihre
Majest. kein Gezängk / Fehde oder Krieg in noch außerhalb des Reichs
von derselben wegen anfahen oder vornehmen / ohne Vorwissen / Rähte
vnd Bewilligung der Reichs- Stände / zum wenigsten der Sechs
Chur-Fürsten.

Thes. XLIV.

Jus Majestatis quintum est sanctio fœderum. Waremund. ab Erenberg. in tract. de fœd. cap. 1. n. 56. p. m. 51. Sixtin. de Regal. lib. 3.
cap. 1. n. 29. Besold. lib. 1. Polit. cap. 3. Hæc a. feriuntur non tantum ab iis, qui pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam
veniunt, ubi repetuntur res per conventionem, & si quarum turbata
possessio est, ex parte utriusque commodo componuntur. Waremund. ab Erenb. in meditam. pro fœd. cap. 4. n. 8. p. m. 331. sed etiam ab iis, qui antea nil contraxerunt, & hi aut pacis aut societatis alicujus causa coeunt, pacis de restituendis captivis aut rebus captis. Societatis v. vel ob commercia, quorum pactiones variæ, de quibus Hugo Grot. lib. 2. de Jure Belli & Pacis. cap. 15. §. 6. p. m. 365. vel ob bellum, vel ad certum, aut certos hostes exceptis sociis, is n. est effectus fœderum. ut contrahentes ad mutua auxilia, vel militibus, vel equitibus præstanta, si ab hostibus fuerint oppugnati, ad mutuas opes & copias mittendas, vel indefinitè, vel certo numero teneantur confederati ad sociorum hostes invadendos, exceptis quibusdam aut sine exceptione. Waremund. ab Erenberg. dict. cap. 4. n. 8. p. m. 334. Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 6. Hippol. à Coll. de Princip. cap. 3. Laudens. in tract. de confœd. concl. 7. 27. & 52.

Thes. XLV.

Utriusque modi foedera vel sunt æqualia, quæ utrimque, ut loquitur Hugo Grot. de Jure Belli & Pacis. libr. 2. cap. 15. eodem modo se habent, vel inæqualia, cum pactio sit, ut is populus alterius populi potestatem comiter tueatur. Waremund. ab Erenberg. dict. cap. 4. n. 3. Quamvis a. Populus, vel Civitas, hoc ipso non renunciat libertati, & sit Πόλις τερπτικής πόλεως, sub patrocinio non ditione, ut Sylla apud Appianum loquitur, tamen si fuerint minores confœ-

Kriventum ipse enim redigi possunt. Warenum. ab Erenberg. in meditam. pro fæd. cap. 4. n. 4. p. m. 339.

Thef. XLVI.

Adjicitur etiam foederibus abusivè fœdus aliquod impropriè dictum, quod vel est, inter Principem Patronum & defensorem, den Schus-Herrn & eos, qui sunt sub ejus defensione. Talium v. libertati quoad defensoris receptos nihil decedit, neque ad minimum ea corruit, cum cupiunt libertatem defendere, eamq; ob causam conducunt auxilium potentiori, non ut amittant, sed retineant libertatem illibatam. Warenum. ab Erenb. in meditam. pro fæd. cap. 4. n. 13. p. 313. Vel cum bello victis dicuntur leges, ubi omnia ei, qui armis plus potest dedita sunt, quæ ex iis habere Victor, quibus multari eos velit, ipsius jus atque arbitrium est. dict. Ware. cap. 4. n. 5. Et hos deditios propriè non esse in fœdere, sed ditione, immo propius accedere ad captivos quam confœderatos asserunt, ex Livio lib. 4. Bell. de re milit. part. 2. tit. 13. Car. Sigonius de antiquit. jur. Ital. cap. 14. Althus. in Polit. sub fin. cap. 7.

Thef. XLVII.

Fœdus inire sancire Majestatis est, & ad utramque contradictionis partem habet se indifferenter, at fœdus servare est juris naturalis, l. 1. in pr. de pactis. unde & in tantum obstringitur Majestas, ut subtiliores disputationes de contractu initio excitare prohibeatur, Gail. 2. observ. 55. n. 8. id n. potius ad anxiā causidicorum diligentiam, quam Principis gravitatem & magnanimitatem pertinet. Quamobrem etiam Elector Saxonie Mauritius Carolo V. subtile interpretatiunculas contra magnanimi illius Philippi Senioris Dn. Landgravii diu speratam libertatem necenti, his verbis exprobravit; Ego te tanquam Imperatorem, non tanquam Legistam pactiones interpretari volo.

Thef. XLVIII.

Incidit ad ultimum quæstio, liceatne pangere foedera cum his, qui à vera Religione discedunt? Status hic excutiendus est controversia, is v. non est de foedere Ecclesiastico, neve mixto, sed tantummodo Politico, & hoc I. defensionis causa, quam flagitat jus naturæ cum infidelibus percuti posse, nil vetat, huc n. jus ita omnibus hominibus

Grot. de Jure Belli & Pacis. lib. 2. cap. 15. §. 8. p. m. 266. 11. Contra infideles alios non fideles, idq; si summa necessitas exigat, feriri posse assurimus cum Besold. Schonborn. Johan. Avenar. dispf. 12. Colleg. Polit. p. 262. Jun. quæst. polit. 78. fol. 260; Martin. Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. discurs. 4. th. 35.

Thef. XLIX.

Hoc etiam jus, sicut alia plura, in Imperatore nostro aliquo modo est restrictum, Capitulatione n. Cæsareâ cavetur, quod Imperator nullum, neque cum exteris, neque cum indigenis, absque Electorum consensu, foedus inire possit: Ihre Maytt. solten vnd wolten kein Verbündnis oder Einigung mit fremden Nationen noch sonsten im Reich machen/Sie hätten dann zuvor der Sechs Chur-Fürsten sämplich oder des mehrern theils auf ihnen erlanger. Capit. Cæsarea Ferdinandi II. tit. 7. §. Ihre Maytt. solten vnd wolten. quod etiam patet ex juramento, cui recens electus Rex Romanorum se astringit, quod videre est apud Joh. Sleidan. lib. 1. Comm. Melch. Goltz. in Polit. Imper.

Thef. L.

Jus Majestatis sextum est Potestas indicendi Comitia, vulgo der Höfe/ Königliche Höfe/ Reichs-Tage/ Versammlungs-Tage des Reichs. Joh. Limn. de jur. publ. lib. 9. cap. 1. quæ etiam inter jura Majestatis reponunt. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerum publ. cap. 14. Bornit. de Majest. cap. 26. Besold. in Polit. lib. 1. cap. 3.

Thef. LI.

Sunt v. ea vel particularia, vel generalia. Generalia, quibus universi Principes & Imperii Ordines conveniunt, *κατ' εζοχην* Reichs-Tage. Decreto Wormat. Anno 1495. titul. Dass ein Reichs-Tag soll ein Monat währen. Decreto Trevirensi. Anno 1512. §. So haben auff einen Reichs-Tag / vel Reichs-Versammlung. Particularia, quibus tantum Optimates, & quidam Imperii Proceres coēunt. Vid. Paurmeist. lib. 2. de Jurisdict. Imp. Rom. cap. 2. n. 5. Comitia a. hæc universalia propriâ autoritate indicere, Majestatem, ea v. rogare, æqualitatem arguit. Unde & in Imperatore Romano Majestas paulatim imminuitur, siquidem habendorum quidem Comitiorum, ut Principes.

conveniēt electorum, ieiunationē leges Cæsari in electione dictas. Tob.
Paurmeist. lib. 2. de Jurisdict. Imp. Rom. cap. 2. pag. m. 342. num. 18.
quod liquet ex Decreto Spirensi Anno 1507. §. Haben wir eine ge-
meine Reichs-Versammlung / nach vorgehabtem Raht vnd Gutach-
ten Unser vnd des Heiligen Reichs Chur-Fürsten. Decreto Ratis-
bonensi Anno 1576. §. Alß haben Wir mit Raht vnd Beliebung ob-
gemeldeter Unserer vnd des Heiligen Reichs Chur-Fürsten nicht
vmbgehen mögen/eine gemeine Reichs-Versammlung aufzuschreiben.
Nec in diversum tractis Ordinibus quicquam Imperator statuere po-
test, sed si inter Cæsarem & Ordines, vel majorem eorum partem res
coire non potest, nihil actum judicatur, sed res in libera & spontanea
conventione posita est, ita ut nec Imperator ex plenitudine, ut lo-
gountur potestatis, nec Ordines invito illo, quicquam statuere pos-
sint. Paurmeist. libr. 2. de Jurisdict. Imp. Rom. cap. 2. n. 31. pag. 347.
Matth. Stephan. lib. 2. de Jurisdict. part. 1. cap. 1. membr. 1. n. 2.

Thes. LII.

Septimum jus majus est Homagii receptio. Hujus n. exactio
& præstatio actum universalem Jurisdictionis inducit. qui alios com-
prehendit, & de necessitate subjectionem arguit. Zaf. singul. respons.
lib. 2. cap. 31. Sixtin. 3. consil. Marp. 8. num. 77. & seqq. Thom. Mi-
chael. de Jurisdict. concl. 57. Andr. Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 168.
Est a hoc ipsum duplex, personale & reale, hoc non Personæ subje-
ctionem, sed rerum tantummodo in alterius territorio possessarum
recognitionem arguit, & licet quoad unam speciem se quisquam
subjecerit, non sequitur, quod quoad aliam quoque se obligaret.
Reinkingk. lib. 1. claf. 5. cap. 4. n. 35. Paurmeist. de Jurisdict. Imper.
Roman. cap. 18. num. 112. Thom. Michaël. de Jurisdict. concl. 58. lit.
B. in notat.

Thes. LIII.

Hocce v. juramentum, quod subditus præstat Domino territo-
rii, cuius jurisdictioni subest vernacula nostra, die Erb-Huldigung/
quamvis plenam subjectionem & subditum arguat, qui vulgo der
Landssasse. Tob. Paurmeist. de Jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 8. p. m.
538. Personæ tamen tantummodo est, respectu sui ipsius, non rei
alicuius, quæ extra illam est. Ex quo inferimus, ut si quis bona in

D terri-

lum non habeat, is juramentum hoc præstare non teneatur. *Jacobin.*
de S. Georg. in verbis qui quidem investiti. num. 9. Vultej. de feud. lib.
1. cap. 6. p. m. 92. num. 5. Tob. Paurm. de Jurisdic^t. Imp. Rom. libr. 2.
cap. 8. num. 22.

Thes. LIV.

Diximus eos, qui in territorio Principis domicilium, vel fixā sedem servant, Jurisdictioni ejus quoad personam substerni, sed de Vasallis Principum ambigitur, cujuscunque sint conditionis, sive Comites, Barones, Nobiles, vel alii, qui juramento fidelitatis Principibus seu Dominis feudi, nullo a. homagio sunt addicti & res feudales in territorio Principum, domicilium v. in suis Comitatibus, Baronatibus, aut etiam in aliorum ditione habent. Et hos plenè subjici qui hūdam ex eo videtur, quod Vasallus (ut nonnulli interpretes tradunt) feudi agnitione Domini reddatur subditus, atque subditorum appellatione notetur. Sed his nil remorantibus ipsa veritas diluit sola feudi cognitione Comitem, vel Baronem Principis ac Domini, à quo investitur, ordinariam Jurisdictionem non subire, quippe quamvis Dominus ex natura contractus feudalis jurisdictionem quandam acquirit, tamen non est ordinaria & generalis, sed ad certos terminos restricta, quos in præjudicium ordinarii & generalis egredi nequit. *Tob. Paurmefst. lib. 2. cap. 8. pag. 519. num. 42.*

Thes. LV.

Jus a. Homagii an penes solum Imperatorem adhuc hæreat, valdē ambigitur, Principes n. & Ordines Imperii non soli Imperatori, sed etiam Imperio per homagium se addicunt, schweren dem Römischem Kaiser vnd dem Reich / Trew / Hold vnd Gewärtig zu seyn/ ut liquet ex formula juramenti à Reinkingo adducta class. 2. cap. 2. num. 102. Imò Imperatoris & Imperii simul fiduciarios eos esse Recessus Imperii confitentur: Bey den Eyden vnd Pflichten / darmit iher vns vnd dem Heiligen Reich zugethan vnd verwandt seyd. Constitutio contra Anabaptistas de Anno 1529. §. Desgleichen. & passim. Afferendum igitur erit Imperatori & Imperio simul, vel quod verius, huic primariō, illi secundariō, hoc juramentum præstari. Id quod Recess. Imperii paullò apertius reddunt: Beschlen euch bey den Eyden vnd Pflichten / die iher vns von des Reichs wegen insonderheit gehan.

Wüsten. S. Und vndauß verschien.

Theſ. LVI.

Octavum jus majus est jus ſacrorum ſ. Religionis, ſi n. omnia, quæ ſumma & maxima ſunt in Republica ad Majestatem referri debent, adimi hoc nullo jure potheſt, cum prima omnium in Republicā functionum ſit, ſi Aristoteli credimus libr. 7. politic. cap. 8. η ὥει τὸ θεῖον θημέλεια. Omnem equidem curam & ſollicitudinem in eo collocare debet Majestas, ut Religionis imprimis habeatur ratio. Bodin. libr. 6. de Republ. cap. 1. pag. 986. Engelbrecht. de Jurisdict. conclus. 78. quam etiam ſibi curæ fuiffe ait Justinianus l. unica. C. Nemini lic. sign. Salv. l. Manichæus. C. de hæreticis. hac n. sublatâ, iuſtitia, publica honestas & disciplina labem attrahunt. R. A. zu Regensburg de Anno 1532. rubrica Concilium betreffend in fin. pr. ibi: Darneben erfolgen würde/ daß alle Zucht/ Chr/ Gehorsam/ vnd andere gute Tugenden in Geiſtlichem vnd Weltlichem gänzlich fallen werde. R. A. zu Augſburg de Anno 1566. §. Wiewol wir nun auff ſolches/ ic. daran alle zeitliche vnd ewige Wofſahrt hanget. Id quod aſſenſu excipit Nicolaus Machiavellus de Republica Diff. lib. 1. cap. 12. pag. m. 58. his verbis: Quocunq; Republicæ ſemetipsas ſer- vare cupiunt, in id unum p̄y & cæteris incumbant, ut verum Religionis cultum recte iuſtituant & venerentur, nec certius indicium de Reipu- blicæ alicujus ruinâ unquam habere poteris, quām ſi in ea divinum cul- tum deſpectui haberis cognoveris.

Theſ. LVII.

Non igitur ab omnibus ſacris rebus depellendus eſt Princeps, ſi eas curare aggrediatur quatenus ad Reipublicæ emolumentum, & ju- risdictionem exteriorem vergit, ſiquidem non in eis tantummodo, ait Reccaredus Rex in concil. Tol. III. rebus diffundimus ſolertiam noſtram, quibus populi in noſtro regimine poſiti pacatiſimè gubernentur & vi- vant. Sed etiam in adjutorio CHRISTI extendimus nos ad ea, quæ ſunt coeleſtia cogitare, & quæ populos fideles faciunt, ſatagimus non nescire. tom. 2. p. 463. & digna equidem vox eſt Principis Christiani l. 3. C. de ſum. Trinit. ſe non minorem Ecclesiæ curam habere, quām propriæ vitæ. Unde & in Imperii Receffibus paſſim Imperatori Ro-

D 2 mano

Schirm Herr. R. A. ae Anno 1558. §. Erstlich. supremus Praeceptor. R. A. zu Augspurg de Anno 1530. §. Auf solch. ic. & §. seq. Nachdem aber. ic. ibi: Als Romischer Kaiser vnd Oberster Voigt der Heiligen Christlichen Kirchen. Nec Principes, qui Republicam auctum eunt, diversitatem Religionis, scismata aut errores perniciosos, qui Reipublicæ ruinam addunt, in eam patiuntur induci, neve dissensionibus verum DEI cultum interrumpi. R. A. zu Augspurg de Anno 1525. §. Und nachdem etwan vtel. ibi: So soll eine jede Obrigkeit / sie sey Geistliches oder Weltliches Standes / ein fleissiges Auffmercken vnd ernstliches Einschen haben / daß in ihren Fürstenthümern/Ländern vnd Gebieten / das Heilige Evangelium vnd Gottes Wort / nach rechtem wahrem Verstande / ohne ergernis / zu erhalten Gottes Lob/Frieden vnd Einigkeit/ geprediget werde. Sed si qua irruptum, concilia suo jure indicat, ut errores à vera Religione multitudinem abstrahentes eò facilius è Republica eliminari queant, conciliorum namque celebratio agri Dominici eximia cultura est, quæ vespes, spinas, & tribulos heresim & scismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam DOMINI ad frugem uberrimam fertilitatis adducit per ea, quæ tradit Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 13. cap. 1. n. 16.

Thes. LVIII.

Valdè a. à sententia nostra discedet, qui hac assertione nos evicturos fore ominabitur, quod Princeps propriâ autoritate, seposito consilio, & præscripto suorum Theologorum, in Religionis negotio quicquam immutare aggredive valeat, id quod ne Ethnicos quidem fecisse, historiæ edocent. Romani in his causis à Pontificis Maximi & Collegarum ejus judicio pendebant, *Halicarn. libr. 2.* & Alexander Severus passus est à Pontificibus quindecim Viris & auguribus causas sacrorum à se jam finitas iterari aliterq; distingui. *Lamprid. in Alexand.* Non igitur temerario quodam impulsu aut propriâ autoritate in hoc Religionis negotio quicquam statuere, Princeps sibi præsumat, sed in hoc expediundo recte sentientium Theologorum consilium adhibeat, quod etiam monet R. A. de Anno 1555. §. So haben sich der Chur-Fürsten, circa fin. Darzu ein jeder mit seinen Gelahrten vnd Theologis sich mittler weil dermassen gefast

dāndis religionis controversiis confitetur, le utsim præclarissimorum
Theologorum multarum nationum consilio. R. A. zu Augspurg de
Anno 1530. §. Demnach haben wir sampt denselben.

Theſ. L X.

Imperatori v. nostro omne jus est præscisum in Religionis ne-
gotio causisq; illi annexis quicquam statuendi, ordinandi, aut inno-
vandi, Käyserliche Mayt sollen keinen Standt des Reichs/ von we-
gen der Augspurgischen Confession, vnd derselben Lehr / Religion,
vnd Glaubens halben/mit der That/gewaltiger weise/ überziehen/ be-
schädigen/vergewaltigen/oder in andere wege/ wider seine conscientz,
Wissen vnd Willen/ von dieser Augspurgischen Confessions Religi-
on, Glauben/ Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen/ vnd Ceremonien,
so sie auffgerichtet/ oder nochmals auffrichten möchten/in ihren Für-
ſtenthümen/Ländern vnd Herrschaften/ dringen/ oder durch Mandat,
oder in einiger anderer gestalt beschweren/ oder verachten; Sondern
bey folcher Religion, Glauben/ Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen/
vnd Ceremonien, &c. ruhlich vnd friedlich bleiben lassen. *Recessus*
Imperii de Anno 1555. §. Und damit solcher Friede. Nec Impera-
tor noster, si ex capite Religionis, quedam inter Ordines controver-
sia suscitatur, earum cognitionem sibi arrogat, sed ad universos Or-
dines eam remittit, prout Maximilianus II. expreſſe confessus est
Anno 1576. die 25. August. & 24. Sept. Dass diese Irsalen vor die
gesampte Reichs-Stände gehörig: Sintemal Ihre Käyserl. Mayt.
wol gesehen/ daß es doch auff eine declaration, so im Religion-Frie-
den/ cum clausulâ annullatoriâ verbotten/aufzlauffen wolle.

Theſ. L X.

Nonum Jus Majus est jus cudendæ monetæ , de quo est l. 1.
Cod. de falſ. monet. Nec Domini inferiores regalia habentes que-
unt cudere monetas, niſi præscriptione aut speciali autoritate privile-
gium acquisiverunt. *Afflīct. in cap. 1. Quæ ſunt Reg. Boſſ. intr. de mo-*
net in pr. Intelligimus a. per monetas, non specialiter jus mone-
tæ, ſed generaliter, ſive ea cuenda, ſive recudenda ſit, eiq; valor &
æſtimatio conſtituenda. Quod tamen non eo pertinet, quaſi Imperatori probam monetam omnino reprobare vel deteriorem face-
re, ac mutare liceat. In qualibet n. moneta hæc tria inesse debent,

D 3

materia,

henditur, non potest eam Imperator reprobare, vel mutare, sive per
augmentum, sive per diminutionem. arg. l. i. Cod. de veter. numism.
lib. i. & Nov. 52.

Thef. L XI.

Hactenus de majoribus Majestatis juribus actum est, evolven-
da jam essent Minora, quæ ad fiscum potius, quam ad personam Im-
peratoris spectare dicunt, Vultej. libr. i. feud. cap. 5. n. 7. Rosenthal.
de feud. cap. 5. concl. 3. Sixtin. de Regal. cap. 2. n. 31. sed cum insti-
tuti nostri ratio id non indulget, & opus nostrum præter spem
excrevit, fusori evolutioni hæc ipsa in aliud
tempus reservamus.



SOLI DEO GLORIA.



Ardua



A Rdua perquisiris, Fridlibi, Regia nempe,
Jura, quibus toto prævalet orbe nihil.
Ingenii specimen magni. Sublimia perge
Scrutari fausto sidere, magnus eris.

Eὐφημίας χάρις v depop.

M. Joh. Michaëlis Eloq. Prof.
& p. t. Acad. Rector.



D. N. CONRADO Friedelieb
jura publica jugiter docto.

Hem prudenter agis, CUNRAD, petis ardua;
laus est;
imples nam vario flore tuos calathos;
Avia Pimpleidum lustras loca, & ardua Pindi
fers, Legumq; scyphos ebibis omnigenos.
Non locus est, fateor, meritas conscribere laudes,
qvarum non certè copia nulla tibi est.
In campum prodi, projectaq; rejice tela.,
hinc etenim laudem, si mereare, feres.

Joachimus Volschow/
J. U. D. & P.

egregiè patrissanti

Plurima scivisset, nisi se jam scire putasset
Quæ nunquam vedit non bene sana cobors.

Nil se scire sciunt alii, res mira! nec illa

Scire volunt, captum quæ superare vident.

Otia sectantur forsan, fugiuntq; laborem,

Aut pudor est, isthac non didicisse prius.

O miseris! Et multi ad summa per aëra tendunt,

Et lustrare sui Numinis astra volunt,

Et volvunt jura, & Regis conclave pererrant,

Hippocratem reliqui nocte dieq; legunt,

His Stagirita placet. Si rectè tanta placerent,

Nullus in Icaris fata subiret aquis.

Tramite tu recto pergebas, dulcis Amice

Friedlibi, ut primum mens erat, hancè viam

Ingredi, & ut decuit, bona fundamenta locabas,

Jam demum muros ducere rite studes.

Nec teris, ut faciunt multi, tua tempora inertis

Desidia. Hac tua erit vita probata bonis.

Invigiles porro studiis, vestigia namque

Sic Patris sequeris, quæq; deesse vides

Gnavoriter adjungas, sic pergitio, namque manebunt

Post bac id studium lausq; decusq; tuum.

Boni ominis causa

adjecit

M. Georgius Schlieff/

Log. & Metaph. Prof. Ord.









satius fuisset, et publicae rei magis ac-
mmo et analogiae iuris Norici conuenien-
ollere praediorum, quae dicuntur, ac-
n? De hoc ipso, (mi care lector) alii
s admonere iuuat, ciues Noricos, ruri-
s, aliis uinculis deuinciri ad uasallorum
eo dirigendas, ne publicae leges post-
praediorum commercio, respublica ipsa
i capiat: in ceteris autem suam quisque
itur. Factum ergo inde est saepissime,
i leges domesticae et peregrinae dant,
orum conditione et dominorum commo-
s, uasallis, aliquam aeris summam, cer-
ruallis repetendam, soluentibus, (lau-
sum innuo) mansionem extra praedium,
bitari debet, sibi habendi libertas condone-
quenter accidit, et adeo in contradictis
fuit, ut, si, quemadmodum nemo dubi-
um frequentia ad ius aliquod non scri-
dum ualeat, legem antea exhibitam,
agistro, ita declarandam esse censeamus,
s praedium, cuius habitatione non fru-
, aut eius aliis locandi permissionem,
i interuentu, obtineat. Atque ita eius-
inus in re emphyteuticaria non amplius
otii, sed eius naturae, perinde ac olim ins-
s, annumerandum erit. Id igitur, quod
n fiscalium in ditione Norica iuris com-
bus singulis, unius reipublicae ciuibus,
s conuertere liceat. Adhaec in eo re-
quam uersamur, ut ad uicinorum exem-
ra conformare debeamus. In supra
alle-